

OFFICIVM AMORIS,
 QVO
VIRVM
 PLVRIMVM REVERENDVM
 ATQVE DOCTISSIMVM
DN. JOHANNEM
NICOLAVM
CRVSIVM
 ECCLESIAE, QVAE NEOKIRCHAE HADELENSIVM
 CHRISTO NVTRITVR
DIACONVM NVPERRIME
VOCATVM
 ANIMO GRATVLABVndo PROSEQVITVR
 AMICVS AD CINERES DEVOTISSIMVS
HECTOR JOHANNES MITHOBIVS
S. St. Theol. Studiis.

HALAE MAGDEBVRGICAE
 Litteris JOHAN. CHRISTIAN. HILLIGERI, Academ. Typogr.
 D. 30. Decemb. M DCC XXI





D Asturos alios pascit prius ipse Redemptor;
 In reti captos ponere rete iubet,
 Sceptrum ac arma, diu sceptro parentibus offert
 Gentes ad regnum compositura DEI.
 Post bene facta suis collata amplissima demum
 Dulce saginatis imperat officium.
 Et si detrectent mandata capessere duri,
 Obiicit exemplum fidus vbiique suum.
 Ceu dixit quondam: Surgamus, eamus, amici,
 Debetur sancto, quæ venit hora, patri.
 Propria iam nobis est compescenda voluntas,
 Atque DEI nostri subiiciendus amor.
 Exprimit hoc illis bona verba: tenemur, eamus:
 Promti quisque suum sustineamus onus.
 Per tales Christus consummat in orbe triumphum
 De Satana, mundo, quibusque malis.
 Talis abhinc multis factus est **CRVSIVS** annis
 Quem DEVS vt pascat cælitus ire iubet.

Non



Non verbis opus est, nam res & facta loquuntur,
Omnis experti nos id abunde sumus.
Quid sponsæ Christi nisi felicissima quæque
Omnis, ad cuius mittitur ILLE preces?
Viua fontis aquas HIC rite situit aperti,
Nec situit tantum, sed quoque rite bibit.
Quid supereft ergo? de corpore talius vincti,
Ad Christi dictum, flumina viua fluent.
Et quoniam iustos etiam sua facta sequuntur,
Sicque peracta probe semper agenda beant:
Quantus non cumulus circumdabit huncce bonorum,
Qui sibi commissas tam bene pauti oves?
I bone propterea latus præmia magna,
I pede nunc fausto, quo DEVS ipse vocat.
TE Deus ipse vocat, partes iam fulcipe, quid stas?
Perfice iam Domini, quod TIBI mandat, opus.
Orna, quam nactus, spartam virtute POTENTIS.
Sole nitente seca, turbine flante mete,
Vt nixus iussu credentibus horrea Christi
Ampla tenax repleas. Rite vocatus abi,
Sors diuina vocat, diuina vocatio policit:
Fiet enim Domini gloria nota TIBI.
Munus nunc oculis Archippus vt alter aperris
Confusus Domino, rite capesse nouum.
Spiritus æternus firmet TVA robore crura
Diuino, fortes efficiatque manus.
Perfer & obdura, si forsitan tempora dura
Succedent: vires, qui iubet ire, dabit.
Palce TVVM, quem Christus amat, quem sanguine fusso
Collegit, verbi lacte beante, gregem.
Omnibus in coepitis TIBI sit spirabile numen,
Quod solum sanctum pectora sancta creat.

Hic

Hic TIBI petetuo clarisque laboribus adsit,
Nominis ut sancti concelebretur honos.
Sic cernes Domini (magna comitante corona)
Gaudia, sic fies aurea stella poli.
Munus ad impositum nequeo maiora precari,
Quam quæ depositum tam bene dona manent.
Sustentent isthac quæ fert solatia secum,
Recte pasturum, si qua procella petat.
Vade bonis auiibus, felicibus vtere fatis,
Et porro studiis perge fauere meis.
Viue diu felix! FAVTOR atque PATRONE,
Viue diu felix! tempus in omne precor.



Hic

2°

Gb 956,



Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

Vora

OFFICIVM AMORIS,

Q.V.O

VIRVM

VM REVERENDVM

VE DOCTISSIMVM

JOHANNEM

COLAVM

RVSIVM

VAE NEOKIRCHAE HADELENSIVM

CHRISTO NVTRITVR

NVM NVPERRIME

VOCATVM

GRATVLABVND PROSEQVITVR

AMICVS AD CINERES DEVOTISSIMVS

DR JOHANNES MITHOBIVS

S.S. Theol. Studiofus.

HALAE MAGDEBURGICAE

N. CHRISTIAN HILLIGERI, Academ. Typogr.

D. 30. Decemb. M DCC XXI^o

B.I.G.	Black
White	White
Magenta	Magenta
Red	Red
Yellow	Yellow
Green	Green
Cyan	Cyan
Blue	Blue
Centimetres	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
20	
21	
22	
23	
24	
25	
26	
27	
28	
29	
30	
31	
32	
33	
34	
35	
36	
37	
38	
39	
40	
41	
42	
43	
44	
45	
46	
47	
48	
49	
50	
51	
52	
53	
54	
55	
56	
57	
58	
59	
60	
61	
62	
63	
64	
65	
66	
67	
68	
69	
70	
71	
72	
73	
74	
75	
76	
77	
78	
79	
80	
81	
82	
83	
84	
85	
86	
87	
88	
89	
90	
91	
92	
93	
94	
95	
96	
97	
98	
99	
100	

